

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De  
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1614**

Med. 47. De tertio Verbo ad Matrem suam, & discipulum Ioannem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](#)

in die mortis, sicut bonus iste latro, tecum veniam ad Paradisum. Amen.

## MEDITATIO XLVII.

**D E V E R B O T E R T I O , Q V O**  
*Christus Dominus matrem suam  
 & Ioannem discipulum est  
 allocutus.*

## P V N C T V M I.

a Ioan. 19.  
 25.



TABANT autem iuxta  
 crucem I E S V , mater eius  
 & soror matris eius Maria  
 Cleophe, & Maria Magda-  
 lena, & discipulus ille, quen-  
 diligebat.

**I.** CONSIDERANDVM hic est eos, qui ma-  
 gis in amore I E S V eminebant, magis etiam  
 eiusdem cruci appropinquasse; quia non effi-  
 ciens indicium amoris Christi, quem eundem  
 ad crucem usque sequi; eius doloribus & igno-  
 minijs compatiendo, & earundē serreddendo  
 participē: & quo propriū accedimus, & ma-  
 iori stabilitate ac firmitate, eo maiora hu-  
 amoris edimus signa, cum quatuor his perso-  
 nis, quae hic sunt expressæ.

**II.** OMNIVM vero earum dux fuit Sacratissi-  
 ma Virgo; cuius intuitu reliquæ accesserunt;  
 sine qua tantum animi non habuissent, ut illæ  
 assisterent; sed illa, tanquam in fide firmior, &  
 in amore magis accensa, omni humano peri-

culo

culo posthabito, & superatis calcatisque difficultatibus & ignominijs, quæ hinc sibi essent obuenturæ, voluit Passioni filij suæ præsens adesse; & propè ipsam crucem, magna constantia & fortitudine stare, appropinquans ipso corpore, quæm proximè illi fuit permisum; spiritu autem adeo accessit, ut cruci ipsi filioque suo se coniunxerit, fuerit quæ ei dem concrucifixæ, ob amoris & doloris magnitudinem, ut supra perpendiculariter. Tribus itaque clavis confixa tenebatur. PRIMVS erat, *Medit. 1.* viua ac vehemens apprehensio eorum, quæ si. *Pnnct. 2.* lius patiebatur. SECUNDVS erat intimus ille amor, quo illum non solum ut filium, sed ut suum Deum, & benefactorem infinitū prosequebatur: quamobrem omnes eius afflictiones, ut proprias habebat. TERTIUS erat compassio eius; quod talis scilicet, tanta pro alienis peccatis pateretur; ex quo tantus eius animam dolor inuasit, ut sufficeret pro martyrio, atque si ipsa in alia cruce reuera mortua fuisset. Dum enim aspiciebat caput filij spinis transfixum, proprium quoque caput spinis transfigebatur; dum aspiciebat manus eius clavis confixas, ipsius quoque manus clavis transfigebantur: dum eius ossa adeo luxata aspiciebat, ut dinumerari omnia possent, ipsius quoque ossa omnia, summo dolore contremiscabant. Et hac ratione, quidquid filius corpore patiebatur, id totum illa spiritu, sed gravissimè sustinebat. O Virgo virginum; optimo iure te hodie martyrum Martyrem

kk 3 com.

compellabimus ! vt enim omnes virgines, in flore virginitatis custodiendo superasti ; ita martyres omnes, in martyrij fructu excessisti : martyres, ob feruens desiderium, paciendo omnia mortis tormenta, quæ tuus filius patiebatur : Martyr etiam es, ob dolores horrendos, quos eum a piciens, tolerasti ; qui sufficissen : omnino ad vitam tibi auferendam, nisi Filius tuus, te in illa conseruasset. O si licuisset te in hoc martyrij genere imitari ! obtineas mihi o Regina Martyrum, ut aliquo saltem modo illius particeps fiam ; carnem meam poenitentiis, spiritum vero abnegationibus, martyrio afficiendo ; & omni cordis fortitudine, cruci filij tui appropinquando, meque in ea sicut fecisti, affligendo.

## PUNCTVM II.

a Ioan. 19.  
26.

I.

**C**VM a vidisset ergo IESVS Matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicens matris sua: Mulier ecce Filius tuus.

PERPENDENDA hic primum est Christi Domini nostri charitas, simulq; integritas, & authoritas, quam inter tot dolores & contemptus ostendebat ; attendens ad operes pietatis & misericordiae, & ad officia onera, atque si nihil tunc pateretur. Nunc enim tanquam summus Sacerdos, pro suis orat inimicis; nunc Paradisum tanquam Redemptor promittit, nunc matris suæ tanquam filius, & discipuli tanquam magister curam gerit. Quo exemplis nos docet, non debere nos obligationum no-

stratum,

strarum curam deponere , etiam si laboribus circumdati simus . O supreme Sacerdos I E s v , quantum interest inter te & alterum summum Sacerdotem Aaron ! qui negauit , se posse b D o b L e u i t . 10 . mino in officio suo , & c a r e m o n i j s placere , men - 19 . te lugubri . Sed tu , mi Saluator , et si laboribus circumdatus , & tristis afflictus , perfectissime tamen officia tua præstas , orando pro tuis inimicis , Patrem tuum placando , & solatij matris tuæ curam gerendo ; da mihi quæso Domine , hanc cordis integritatem ; vt licet tribulationibus oppressus , nunquam desim ijs , quæ mihi agenda præscripseris .

I P S A deinde verba , quæ Christus matri sua dixit , perpendam , M V L I B R E C C E F I - L I V S T V V S ; atque si ei diceret : non sum tui oblitus , & obligationis , qua tibi vt filius obstringor ; sed quia ex hoc mundo discedo , tibi loco mei Ioannem , tanquam filium relinquo ; vt filij erga te partes obeat , tibi seruendo ; & , quæ ego erga talem matrem fecissem , præstando . Sed non tamen illam *matris* nomine compellauit , sed mulieris ; tum ne tenero illo nomine illam affligeret ; tum præcipue , vt hac ratione ostenderet quæ parum carni & sanguini tribueret , vt Cœlestis Patris voluntati totus intenderet : quamobrem nunquam d i i . 9 . legitur eam matris nomine compellasce , vt alias etiam notauimus .

H O C tamen verbum insigniter auxit in corde Beatissimæ Virginis dolorem ; tum quod ex eo cognosceret , sibi filiū valedicere , & prope

## II.

k k 3 esse ,

esse, ut expiraret; tum quod huius commutationis disparitatem statim aduerteret, quaprofilio Dei viui filium acciperet pauperis pilatatoris; & pro Cælesti magistro, terrenum discipulum. Omundi Saluator, si ut discipulum aipiciens, matri tuae dixisti; ecce filius tuus. ita aspiciens te ipsum, eidem dixisses; ecce filius tuus; ecce quem ex Spíritu sancto concepisti, & absque ullo dolore peperisti: ecce quem in præsepio, in terduo animalia reclinasti, quem tui pectoris lacte nutriuisti; ecce quem tuis vīnis sāpē portasti, cuius aspectu te oblectasti; cui tenerè indulisti; ecce filius tuus in brachiis horrendæ huius crucis pendet, in medio duorum latronum; ecce quām deformatus, quām exanguis; attende, num profilio me agnoscas, & aliquid mihi, tanquam mater velis commendare: sed quia taces, nec mihi quicquam respondens, ecce loco mei discipulum meum tibi relinquo, ecce filius tuus.

## III.

SED ulteriùs Christi Domini nostri charitas erga nos, in his verbis progressa est: Matrisque mentem, corundem verborum exactiori intelligentia illustrauit, non enim solum Ioannem dedit in filium, sed in eo etiam reliquos omnes discipulos, quos tunc habebat, & usque ad mundi finem esset habiturus, ei in filios tradidit; ut pro omnibus diceret, mulier ecce filius tuus, accipe in filium tuum discipulum meum, & eos omnes accipe in filios, qui fuerint discipuli mei: hæc enim mea

est voluntas, ut tu eorum omnium sis mater, & omnes illi filij sint tui ; & ut omnes tanquam filij tui, tibi sint curæ: eorum bonum, omni solicitudine procurando. Gratias tibi, o dulcissime IESV, quod matri tuae, ut nos in filios accipiat, commiseris, hac ratione fratres nostros constituens. O Virgo sacratissima, ex hoc nunc confidentissimè tibi dicam : ecce filius tuus, memor esto, quod virginitus filius commiserit tibi, ut me in filium adoptiuum acciperes. Agnosce me igitur filium, & de ijs, quæ mihi sunt necessaria, prospice.

## PVNCTVM III.

**D**E IN DE a dixit IESVS discipulo: ecce a Iean. 19.  
mater tua, & ex ea hora accepit eam 27.  
discipulus in iua.

CONSIDERANDVM hic primùm est, quoniam Christi Domini nostri verba effica-  
cia sunt, ut fiat quod ipse dicit, & eo modo  
quo ipse vult fieri, hoc verbo impressisse Bea-  
tissimæ Virginis spiritum matris, erga Sanctum  
Ioannem, & reliquos omnes discipulos; & si-  
militer Sancto Ioanni spiritum filij, erga  
Beatissimam Virginem, quem eundem spiri-  
tum, ijs omnibus communicat, qui perfecti  
sunt eius discipuli. Et quandoquidem verbum  
hoc, non Sancto Ioanni tantum, sed in eo om-  
nibus ei similibus dictum est, existimabo dici  
mihi à Christo, ecce mater tua; illam dilige,  
illam tanquam matrem venerare, eidem ob-

I.

kk 4

tempera,

tempera, & quantum poteris serui; eandem  
in tuis necessitatibus accede: nam ut patrem  
meum tibi tradidi, tanquam tuum; ita matrem  
meam tibi trado, ut tuam: vitam ergo tuam  
ita insticie, ut talis marris filium decet. O  
dulcissima I B s v, vnde mihi tantum boni,  
ut matrem tuam, facias etiam matrem meam  
da mihi spiritum veri eius filij, ut ita effe-  
tuum, sicut talis mater digna est. O mater sa-  
craissima, cum sim certus, adeò te filio tuo esse  
obedientem, ut statim officium mez matris  
acceptes.

*Monstrate esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.*

## II.

DE INDB causas exquirā, ob quas Chri-  
stus Dominus noster, sic tanto fauore Sanctū  
Ioannem prosecutus: quæ præcipue fuerunt  
duæ, & veraque simul eum ad hunc fauorem  
disposuerunt. PRIMA fuit quod ipse esset  
Virgo; decebat autem filium Virginem, ma-  
trem suam virginem, non nisi virginī disci-  
pulo commendare; vt sic nobis ostenderet,  
quanti ipse faceret corporis & animæ Virgi-  
nitatem, SECUNDA causa fuit: quia infi-  
gnis ipse fuit in amore & charitate erga Chri-  
stum; quem ad crucem usque secutus, iuxta il-  
lam stetit, superans difficultates omnes, que  
inde illum retrahabant, sicut reliquos disci-  
pulos retraxerunt. quia igitur præ alijs ipse,  
hunc erga Christum amore ostendit, dignum

fuit;

suit, ut alij omnibus præferretur. Ex hoc desiderium magnum concipiam, beatissimam Virginem, & Sanctum Ioannem in castitate & amore Christi, & crucis eius imitandi; quod dignus habear, quem ipsa Virgo in filium acceptet, egoque illam in matrem habeam, & illi, ut par est, seruiam.

DENIQ<sup>UE</sup> & illa verba Euangelistæ sunt expendenda; ex illa hora accepit eam discipulus in sua; quod de Beatissima Virgine non fuit additum, quod ex illa hora discipulū accepisset in filium; quia id satis expressum videbatur, cùm filius id illi commisisset; quæ ut erat ad nutum filio obediens, quodcunque diuinæ eius voluntatis signum illa haberet, satise erat, ut illam expleret: quod vero dicitur, Sanctus Ioannes eam accepisse in sua, intelligitur ita curæ suæ illam accepisse, ut omnia boni filij officia, erga talem matrem diligenter exhiberet; quæ ipse exactissime re ipsa præsttit; non solum quod eius Magister, id ipsi commisisset, sed etiam quod se felicissimum indicaret, & gloriaretur, tali matri seruire. O Euangelista gloriose, gratulor de felice sorte, quæ tibi hoc die contigit; suppliæ quæso dulci Magistro tuo, ut mihi eum det filij spiritū; quem tibi dedit erga matrem suam, ut eidem ego etiam seruiam, sicut tu seruisti. O mundi Saluator: quandoquidem ad te liberalem ostendis in cruce, ut latroni conuerso dones Paradisum, Matremque tuā discipulo te diligenti, exerce eandem mecum

## III.

kk 5

libe-

522 IV. PART. MEDIT. XLVIII.

tiberalitatem, dando mihi in hac vita intimam cordis deuotionem erga tuam Matrem; cuius interuentu obtenturum me spero ingressum in Paradisum. ubi tecum & cum illa regnem in eternum.

MEDITATIO XLVIII.

DE TENEBRIS, QVÆ  
factæ sunt super uniuersam ter-  
ram, & de verbo quarto,  
quod Christus dixit  
in Cruce.

PVNCTVM I.

a Matth. 27.

45.

Marc. 15. 33.

Luc. 23. 44.

S. Thom. 3.

p. q. 44. a. 2.



V M fuisset CHRISTVS cruci-  
fixus, a sexta hora (qua est in me-  
ridie) tenebra factæ sunt super uni-  
uersam terram, usq; ad horam no-  
nam, qua est tertia post meridiem.

CONSIDERANDÆ hic sunt causæ, ob-  
quas Deus Dominus noster, prodigiosas has  
tenebras euenire voluerit, eclypsato sole in  
tali occasione, & tanto tempore.

PRIMA causa, fuit ut ostenderet iustum  
iram in populum illum ingratissimum, ob  
dæ atrox delictum, in ipsum Christum ad-  
missum: indigni siquidem erant solis materi-  
lis luce, qui iustitiae Soli vitam adimebant.

Dein-